Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tur filium hominis multa pati. & cetera. Sed certo se ante passionem & resur-
rectionem noluit predicare. ut completo postea sanguinis sacramento opor-
tunius apostolis diceret euntes docete omnes gentes baptizantes eos in no
mine patris & filii & spiritus sancti. quia non prodesset eum publice predicari &
iam vulgari in populis maiestatem. quem post paululum flagellatum vidi-
sunt & crucifixum multa pati a senioribus & scribis & principibus sacer-
dotum. Et notandum quod eum qui multa pati & occidi & resurgere
debeat filium hominis appellat. quia passio in carne xpi diuinitas
impassibilis mansit. Notandum etiam quod ipse se filium hominis. petrus autem
xpm di filium confitetur. inter hoc utroque uerus dis atque homo. probet. xxxvii.
Vocabat autem ad omnes. Si quis vult post me venire abneget semetipsum.
Pulchre posuit ad omnis. quia superiora quae ad finem diuice nativitatis vel
passionis pertinent cum solis seorsum discipulis. Tunc autem nos metipsos
abnegamus. cum uitamus quod puerilitatem fuimus. & ad hoc nitimur
quo perfectatem vocamur. Vicat quoque uerita dicat. Si quis vult post me
venire abneget semetipsum. quia nisi quis a semetipso deficiat. ad eum
qui super ipsum est non ad propinquat. nec valet ad prehendere quod ultra ipsum
est si nesciuerit mactare quod est. Sed iam qui se autem abnegetet ceteri qui rem
ei virtutes sunt. in quibus crescat. Iam proinde ad iungit. Et tollat
crucem suam cotidie & sequatur me. Duobus enim modis crux
tollitur. cum aut per abstinentiam afficitur corpus. aut per compassionem proxi-
mi afficitur animus. Pensemus qualiter utroque modo paulus crucem
suam tulerat qui dicebat. castigo corpus meum & in seruitutem redigo. ne
alius predicans ipse reprobus efficiar. Ecce in afflictione corporis audi
mus crucem carnis. ne in compassione proximi audiamus crucem mentis.
Ait. Quis infirmatur & ego non infirmor. quis scandalizatur & ego non uror.
Simultaque crucis bauolatione notandum quod hanc & cotidie tollere & ea
sumpta dum sequi iubemur. Qui enim voluerit animam suam saluam facere.
perdet illam. Iam qui perdiderit animam suam propter me. saluam faciet eam. Sic dicit
fideli quod qui voluerit animam saluam facere perdet eam. & qui perdiderit am
mam propter me saluam faciet eam. Acsi agricola diceretur. frumentum
si seruas. perdis. si seminas renouas. Quis enim nesciat quod frumentum
cum in semine mittitur perit aboculis. interra deficit. Si; unde putrescit
in puluere. inde uiridescit in renouatione. Quia ut sancta ecclesia aliud
tempus habet persecutionis atque aliud pacis. redemptor noster ipsa eis tempora
de signauit in pectoris. Iam persecutionis tempore ponenda est anima. pacis
autem tempore ea quae amplius diuitiis possunt frangenda sunt desideria
terrena. Unde & nemo dicit. Quid enim proficit homo si lucretur uniuersum